



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vsvardi Martyrologivm

Usuardus <Sangermanensis>

Lovanii, 1573

Capvt XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42790

nem Tanchelini hæretici, quae ius vrbis incolæ misere & pertinaciter infecti erant. Crispinijs eremiticam vitam dicit sanctus Albertus presbyter. Fulgent circa eadem tempora, multa sanctitate & miraculis, rusticani homines, sanctus Guido apud Bruxellam, qui obiit anno millesimo centesimo duodecimo: & sanctus Drogo apud Valencenas, qui obiit anno millesimo centesimo octuagesimo sexto.

Habuit idem sæculum, sicut & superiora quædam, & subsequentia non paucos, qui insigni sanctitate & miraculis claruerunt. Quos tamen hic non commemoro, eo quod Sanctorum catalogo non sint ascripti. Similiter innumeros prætereo qui in construēdis & dotandis ecclesijs ac monasterijs, pietatem suam posteritati commendarunt.

C A P V T X V I :

ANNO 1566 exordium accepit quinta Belgij *V. Belgij* vastatio per Guesios, quæ anno potissimum *vastatio
per Gue-
sios.* septuagesimo secundo magnas diuersis ex causis, accepit vires, tantasq; ut arbitrer vnicō illo anno plures Belgas occubuisse martyrio, quām omnibus reliquis annis, qui vsq; ad conditum orbem antecesserunt. Vidimus tunc summa pericula à Franciæ Hugonotis, & aliunde, ob quæ immensæ Dei misericordiæ ascribimus, quod consumpti non simus. Sed meum non est tristissimam horum annorum historiā texere. quod posteritas faciet, tanto syncerius, quanto semotior erit & à prauis affectibus, & à periculis indignationum. De gloriōsis interim sub hac persecutio martyribus,

O diuersi

CHRONICON

diuersi diuersos meditantur libellos, sed qui propter furorē Guesiorū nondum in lucē prodeunt.

Breui tamen huius saeuissimæ & barbaricæ Guessiorum immanitatis finem fore speramus. sed id notius est prouidentiæ Altissimi, cuius misericordiæ afflictissimum Belgium nostrum commendamus.

E R R A T A.

6 Ian. Delplis, lege Delphis / 22 Ian. al. multorum. lege al. multo / 23 Ian. lege Emerentianæ / 1 Feb. Tigridis / 1 Mart. lege Claudius / 19 Apr. lege sancti Florberti / 9 Nou. apparente. De Martyrologijs, cap. 7 lege obseruani / cap. 22 lege à cancero. In Indiculo, fol. 12 Apostolica virtute. adde, plenus / fol. 16 transportari, lege transplantari / fol. 25 Florei, lege Ferrei / fol. 26 b Septimo Iduum, lege octauo Calendarū / fol. 69. b lege cap. 5 / fol. 71. b Batna, lege Batua / fol. 73 b lege Tungorum, Recensentur. Alia quæ aduertimus, Lector per se facile restituet.

Subiungitur, ne sequentes chartæ vacent,

CALENDARIVM
BELGICVM, CONTINENS
FESTA ET IEIVNIA PRO-
uinciæ Mechliniensis.

B, litera subiuncta, significat eos sanctos contineri in Indi-
culo nostro Sanctorum Belgij.

Notata sunt etiam strictiora & plura quorundam ieunia, eo
quod à Synodo Mechlinensi scriptum sit, In locis autem, ubi vel
plura, vel strictius obseruata fuerint ieunia, hortatur Synodus,
ut piam consuetudinem obseruent.

I A N V A